



# Breviarium Cisterciense

REFORMATUM

JUXTA DECRETUM SACR. RITUM CONGREGATIONIS  
DIEI 3 JULII 1869 CONFIRMATUM A  
PIO IX. PONT. MAX.

AUCTORITATE

Rev. mi D. Matthæi Quatember

ABBATIS GENERALIS SACRI ORDINIS CISTERCIENSIS

EDITUM

PARS HIEMALIS



TYPIS CISTERCIENSIBUS  
APUD WESTMALLE BELGII  
MCMLI

Cyclus Epactar.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
*	A	Kal.	1 CIRCUMCISIO DOMINI. Serm. Min. Octava S. Stephani. xij. Lect. et M. cum Commemoratione Octavarum.
xxix	b	iv	2 Octava S. Joannis, Apostoli. xij. Lect. et M. cum Commemoratione Octavae SS. Innocentium.
xxviii	c	iii	3 Prid. 4 Octava SS. Innocentium. xij. Lect. et M. Non. 5 Vigilia Epiphaniae, et Commemoratio S. Theophori, Papae et Martyris.
xxvii	d	Prid.	6 EPIPHANIA DOMINI. Serm. maj.
xxv	e	Non.	7 De Octava.
xxiv	f	viii	8 De Octava.
xxiii	g	vii	9 De Octava.
xxii	A	vi	10 De Octava, cum Commemoratione S. Pauli, primi Eremitae.
xxi	b	v	11 De Octava, cum Commemoratione S. Hygini, Papae et Martyris.
xx	c	iv	12 De Octava.
xix	d	iii	13 Octava Epiphaniae. xij. Lect. et M. Idib. 14 Dominica ij. post Epiphaniam. Festum SS. Nominis Jesu. MM. maj.
xviii	e	Prid.	15 Hilarii, Episcopi, Confessoris et Eccl. Doct. iij. Lect. et M. cum Commemoratione S. Felicis, Presbyteri et Mart. et S. Guarini, Episcopi et Conf. Ordinis Cisterciensis.
xvii	f	Idib.	16 Mauri, Abbatis. iij. Lect. et M.
xvi	g	xix	17 Marcelli, Papae et Martyris. Commem. et M.
xv	A	xviii	18 Antonii, Abbatis. iij. Lect. et M.
xiv	b	xvii	19 Cathedra S. Petri Romae. MM. maj. Commem. S. Priscæ, Virginis et Martyris.
xiii	c	xvi	20 Gualielmi, Episcopi et Confessoris Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M.
xii	d	xv	21 Fabiani et Sebastiani, Martyrum. iij. Lect. et M.
xi	e	xiv	22 Agnetis, Virginis et Martyris. xij. Lect. et M.
x	f	xiii	23 Vincentii et Anastasii, Martyrum. iij. Lect. et M.
ix	g	xii	24 Emerentianæ, Virginis et Martyris. Commem. et M.
viii	A	xi	25 Timothei, Episcopi et Mart. iij. Lect. et M.
vii	b	x	26 Conversio S. Pauli, Apostoli. MM. maj.
vi	c	ix	27 Alberici, II. Abbatis Cistercii. MM. maj.
v	d	viii	28 Joannis Chrysostomi, Episcopi, Confessoris et Eccl. Doct. iij. Lect. et M. cum Commem. S. Juliani, Episcopi et Confessoris.
iiii	e	vii	29 B. Amedei, Episcopi et Confessoris Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M. cum Commemoratione S. Agnetis, secundo.
iii	f	vi	30 Francisci Salesii, Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris. iij. Lect. et M.
ii	g	v	31 B. Gerardi, Fratris S. Bernardi, Confessoris Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M.
i	A	iiii	Commemoratio Superiorum defunctorum.
*	b	iii	Prid.

Cyclus Epactar.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xxix	d	Kal.	1 Ignatii, Episcopi et Martyris. iij. Lect. et M.
xxviii	e	iv	2 PERICLITATIO B. M. V. Serm. min.
xxvii	f	iii	3 B. Ælredi, Abbatis Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M. cum Commemoratione S. Blasii, Episcopi et Martyris.
25. xxvj	g	Prid.	4 Polycarpi, Episcopi et Martyris. iij. Lect. et M.
xxv. xxiv	A	Non.	5 Agathæ, Virginis et Martyris. xij. Lect. et M.
xxiii	b	viii	6 B. Raymundi, Abbatis Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M. cum Commemoratione S. Dorotheæ, Virginis et Martyris.
xxii	c	vii	7 Romualdi, Abbatis. iij. Lect. et M.
xxj	d	vi	8 Scholasticæ, Virginis. iij. Lect. et M.
xx	e	v	9 B. Humbelinæ, Viduæ. iij. Lect. et M.
xix	f	iiii	10 Stephani, Abbatis. iij. Lect. et M.
xviii	g	iii	11 B. Conradi, Confessoris Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M. cum Commemoratione S. Valentini, Presbyteri et Martyris.
xvii	A	Prid.	12 Julianæ, Virginis et Martyris. Commem. et M.
xvi	b	Idib.	13 Simeonis, Episcopi et Martyris. Commem. et M.
xv	c	xv	14 B. Bonifacii, Episcopi et Confessoris Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M.
xiv	d	xiv	15 Cathedra S. Petri Antiochena. xij. Lect. et M.
xiii	e	xiii	16 Petri Damiani, Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris. iij. Lect. et M. cum Commemoratione Vigiliae.
xii	f	xii	17 Mathiæ, Apostoli. MM. maj.
xi	g	xi	
x	A	x	
ix	b	ix	
viii	c	viii	
vii	d	vii	
vi	e	vi	
v	f	v	
iiii	g	iiii	
iii	A	iii	
ii	b	ii	
i	c	i	

In anno Bissextili Februarius est dierum 29, et Festum S. Mathiæ celebratur 25 Februarii, et bis dicitur: Sexto Kalendas, id est die 24 et die 25; et Littera Dominicalis quæ assumpta fuit in mense Januario, mutatur in præcedentem ut s in Januario Littera Dominicalis fuit A, mutatur in præcedentem quæ est g, etc. et Littera f, bis servit 24 et 25.





Cyclus Epaftar.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xxviiij	b	Kal.	1 Philippi et Jacobi, Apostolorum. MM. maj.
xxvij	c	vj	2 Athanasii, Episcopi, Confessoris et Ecclesie Doctōris. iij. Lect. et M.
xxvj	d	v	3 Inventio S. Crucis MM. maj. cum Com- memoratione SS. Alexandri, Eventii, Theo- duli, Martyrum, ac Juvenalis, Episcopi et Confessoris.
25. xxv.	e	iv	4 Francisci de Paula, Confessoris. iij. Lect. et M. cum Commemoratione S. Monicæ, Vidue.
xxiv	f	iiij	5 Sacerdotis, Episcopi et Confessoris Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M.
xxiiij	g	Prid.	6 Joannis ante Portam Latinam. xij. Lect. et M.
xxiiij	A	Non.	7 Stanislai, Episcopi et Martyris. iij. Lect. et M.
xxij	b	viiij	8 Apparitio S. Michaëlis, Archangeli. iij. Lect. et M.
xx	c	vij	9 Gregorii Nazianzeni, Episcopi, Confessoris et Ecclesie Doctōris. iij. Lect. et M.
xix	d	vj	10 Petri, Episcopi et Confessoris Ordinis Ci- sterciensis. iij. Lect. et M. cum Commemo- ratione SS. Gordiani et Epimachi, Mart.
xxviiij	e	v	11 Pii V. Papæ et Confessoris. iij. Lect. et M.
xxvij	f	iv	12 Nerei, Achillei et Domitillæ, Virginis, atque Pancratii, Martyrum. iij. Lect. et M.
xxvj	g	iiij	13 Bonifacii, Martyris. Commemoratio.
xv	A	Prid.	14
xiv	b	Idib.	15
xiii	c	xxvij	16
xii	d	xxvj	17
xi	e	xvj	18
x	f	xv	19
		xiv	20 Petri Cœlestini, Papæ et Conf. iij. Lect. et M. cum Comm. S. Pudencianæ, Virginis.
ix	g	xiiij	21 Yvonis, Confessoris. Commemoratio.
viiij	A	xij	22 Commemoratio Personarum Regularium Or- dinis defunctarum.
vij	b	xj	23 Desiderii, Episcopi et Martyris. Commemo- ratio.
vj	c	x	24 Donatiani et Rogatiani, Martyrum. Commemo- ratio.
v	d	ix	25 Gregorii VII. Papæ et Confessoris. iij. Lect. et M. cum Commemoratione S. Urbani, Papæ et Martyris.
iv	e	viiij	26 Philippi Nerei, Confessoris. iij. Lect. et M. cum Commemoratione S. Eleutherii, Papæ et Martyris.
iiij	f	vij	27 Joannis, Papæ et Martyris. Commemoratio.
ij	g	vj	28
	A	v	29
	b	iv	30 Felicis, Papæ et Martyris. Commemoratio.
xxix	c	iiij	31 Petronillæ Virginis. Commemoratio.
xxviiij	d	Prid.	¶ Feria vj. post Octavam Corporis Christi. Festum SS. Cordis Jesu. Serm. maj.

Cyclus Epaftar.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xxvij	e	Kal.	1 BB. Bernardi, Mariæ et Gratie, Martyrum Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M.
25. xxvj	f	iv	2 Marcellini, Petri et Erasmi, Martyrum. Commemoratio et M.
xxv. xxiv	g	iiij	3
xxiiij	A	Prid.	4
xxij	b	Non.	5
xxj	c	viiij	6 Norberti, Episcopi et Confessoris. iij. Lect. et M.
xx	d	vij	7 Roberti, Abbatis Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M.
xix	e	vj	8 Medardi, Episcopi et Confessoris. Commemo- ratio.
xxviiij	f	v	9 Primi et Feliciani, Martyrum. Commemo- ratio et M.
xxvij	g	iv	10 Claudii, Episcopi et Confessoris. Commemo- ratio.
xxvj	A	iiij	11 Barnabæ, Apostoli. MM. maj.
xv	b	Prid.	12 B. Aleydis, Virginis Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M. cum Commemoratione SS. Basilidis, Cyryni, Naboris et Nazarii, Martyrum.
xiv	c	Idib.	13
xiiij	d	xxvij	14 Basilli Magni, Episcopi, Confessoris et Ec- clesie Doctōris. iij. Lect. et M.
xij	e	xxvij	15 Viti, Modesti atque Crescentiæ, Martyrum. Commemoratio.
xj	f	xxvj	16 Lutgardis, Virginis Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M.
x	g	xv	17
ix	A	xiv	18 Marci et Marcelliani, Martyrum. Commemo- ratio et M. cum Commemoratione S. Elisabeth, Virginis.
viiij	b	xiiij	19 Gervasii et Protasii, Martyrum. Commemo- ratio et M.
vij	c	xij	20 Silverii, Papæ et Martyris. Commemoratio.
vj	d	xj	21
v	e	x	22 Paulini, Episcopi et Confessoris. Commemo- ratio.
iv	f	ix	23 Vigilia.
iiij	g	viiij	24 Nativitas S. Joannis Baptistæ. Serm. maj.
ij	A	vij	25 Gulielmi, Abbatis. xij. Lect. et M. cum Com- memoratione Octavæ.
	b	vj	26 Joannis et Pauli, Martyrum. xij. Lect. et M. cum Commemoratione Octavæ.
	c	v	27 De Octava S. Joannis Baptistæ.
xxix	d	iv	28 De Octava. cum Commemoratione Vigiliæ, et S. Leonis, Papæ et Confessoris.
xxviiij	e	iiij	29 SS. Apostolorum Petri et Pauli. Serm. maj.
xxvij	f	Prid.	30 Commemoratio S. Pauli, Apostoli. MM. maj. cum Commemoratione S. Petri, et Octavæ S. Joannis Baptistæ.



Cyclus Epactar.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xxvj	g	Kal.	1
25. xxv	A	vj	2
xxiv	b	v	3
xxiiij	c	iv	4
xxij	d	iii	5
xxj	e	Prid.	6
xx	f	Non.	7
xix	g	viii	8
xviii	A	vij	9
xvii	b	vj	10
xvi	c	ij	11
xv	d	iv	12
xiv	e	v	13
xiii	f	Prid.	14
xij	g	Idib.	15
xj	A	xvij	16
x	b	xvj	17
ix	c	xv	18
viii	d	xiv	19
vij	e	xiii	20
v	f	xij	21
vi	g	xj	22
iv	A	x	23
iii	b	ix	24
ij	c	viii	25
j	d	vij	26
i	e	vj	27
xxix	f	v	28
xxviii	g	iv	29
xxvij	A	iii	30
25. xxvj	b	Prid	31

¶ Dominica prima Julii. Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. MM. maj.  
 Octava S. Joannis Baptistæ. xij. Lect. et M. cum Comm. Octavæ SS. Apostolorum.  
 VISITATIO B. M. V. Serm. maj. cum Comm. SS. Processi et Martiniani, Martyrum, in Laudibus tantum.  
 De Octava Visit. cum Comm. Oct. SS. Apost. De Octava Visit. cum Comm. Oct. SS. Apost. De Octava Visit. cum Comm. Oct. SS. Apost. De Octava SS. Apost. Petri et Pauli. xij. Lect. et M. cum Comm. Oct. Visitationis B. M. V. De Octava Visitationis.  
 B. Eugenii III. Papæ et Conf. Ord. Cist. xij. Lect. et M. cum Comm. Oct. Visit. et S. Theobaldi, Abbatis ejusdem Ordinis Cist. Octava Visitationis. xij. Lect. et M.  
 SS. 7 Fratrum, Martyrum. Commem. et M. Pii, Papæ et Martyris. Commemoratio. Joannis Gualberti, Abbatis. iij. Lect. et M. Anacleti, Papæ et Martyris. Commem. et M. Bonaventuræ, Episcopi, Confessoris et Ecclesiæ Doctoris. iij. Lect. et M.  
 Henrici, Confessoris. iij. Lect. et M. STEPHANI, III. ABB. CISTERCI. Serm. maj. B. M. V. de Monte Carmelo. MM. maj. cum Comm. Oct. S. Stephani, et S. Alexii, Conf. De Octava S. Stephani, cum Comm. S. Symphorosæ et 7 Filiorum ejus, Martyrum. De Octava S. Stephani. De Octava S. Stephani, cum Commemoratione S. Margaritæ, Virginis et Martyris. De Oct. S. Steph. cum Comm. S. Praxedis, Virg. Mariæ Magdalenæ, Penit. MM. maj. cum Commemoratione Octavæ S. Stephani. Octava S. Stephani. xij. Lect. et M. cum Comm. S. Apollinaris, Episcopi et Mart. B. Balduini, Abbatis et Confessoris Ordinis Cist. iij. Lect. et M. cum Commemoratione Vigiliæ, et S. Christianæ, Virginis et Mart. Jacobi, Apostoli. MM. maj. cum Commemoratione S. Christophori, Martyris. Annæ, Matris B. M. V. MM. maj. Camilli de Lellis, Confessoris. iij. Lect. et M. cum Commem. S. Pantaleonis, Martyris. Vincentii a Paulo, Conf. iij. Lect. et M. cum Comm. SS. Nazarii et Celsi, Mart., Victoris, Pp. et Martyris, ac Innocentii I. Pp. et Conf. Marthæ, Virginis. iij. Lect. et M. cum Commemoratione SS. Felicis II. Papæ, Simplicii, Faustini et Beatrix, Martyrum. Hieronymi Æmiliani, Conf. iij. Lect. et M. cum Comm. SS. Abdon et Sennen, Mart. Ignatii, Conf. iij. Lect. et M. cum Comm. S. Germani, Episcopi et Confessoris.

Cyclus Epactar.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xxv. xxiv	c	Kal.	1
xxiiij	d	iv	2
xxij	e	iii	3
xxj	f	Prid.	4
xx	g	Non.	5
xix	A	viii	6
xviii	b	vii	7
xvij	c	vi	8
xvi	d	v	9
xv	e	iv	10
xiv	f	iii	11
xiii	g	Prid.	12
xij	A	Idib.	13
xj	b	xix	14
x	c	xviii	15
ix	d	xvii	16
viii	e	xvj	17
vij	f	xv	18
vi	g	xiv	19
v	A	xiii	20
iv	b	xij	21
iii	c	xj	22
ij	d	x	23
j	e	ix	24
i	f	viii	25
xxix	g	vij	26
xxviii	A	vi	27
xxvij	b	v	28
xxvj	c	iv	29
25. xxv	d	iii	30
xxiv.	e	Prid.	31

Petri ad Vincula. xij. Lect. et M. cum Commemoratione SS. Machabeorum, Mart. Alphonsi Mariæ de Ligorio, Episcopi, Confessoris et Eccl. Doct. iij. Lect. et M. cum Comm. S. Stephani, Papæ et Martyris. Inventio S. Stephani, Protomart. Comm. et M. Dominici, Confessoris. xij. Lect. et M. Dedicatio B. M. V. ad Nives. MM. maj. Transfig. Domini. MM. maj. cum Comm. SS. Xysti, Papæ, Felicissimi et Agapiti, Mart. Cajetani Thienzei, Confessoris. iij. Lect. et M. cum Comm. S. Donati, Episcopi et Mart. Cyriaci, Largi et Smaragdi, Martyrum. Commemoratio et M. cum Commemoratione S. Famiiani, Confessoris Ord. Cist. Vigilia, et Commemoratio S. Romani, Mart. Laurentii, Martyris. MM. maj. Susceptio Coronæ Domini. MM. maj. cum Comm. SS. Tiburtii et Susannæ, Mart. Claræ, Virginis. iij. Lect. et M. Hippolyti et Cassiani, Mart. Commemoratio. Vigilia, et Commemoratio. S. Eusebii, Conf. Assumptio B. M. V. Serm. maj. De Octava Assumpt. cum Commemoratione S. Hyacinthi, Confessoris. De Octava Assumpt. cum Commemoratione diei Octavæ S. Laurentii. De Octava Assumpt. cum Commemoratione S. Agapiti, Martyris. De Octava Assumptionis. BERNARDI, ABBATIS, CONFESSORIS ET ECCLESIE DOCTORIS. Serm. maj. De Octava Assumpt. cum Commemoratione Octavæ S. Bernardi. Octava Assumpt. B. Mariæ. xij. Lect. et M. cum Comm. Octavæ S. Bernardi, et SS. Timothei, Hippolyti et Symphoriani, Mart. Dom. post Oct. Assumpt. Festum Purissimi Cordis B. M. V. MM. maj. De Octava S. Bernardi, cum Comm. Vigiliæ Bartholomæi, Apostoli. MM. maj. cum Commemoratione Octavæ S. Bernardi. Ludovici, Francorum Regis, Conf. xij. Lect. et M. cum Comm. Octavæ S. Bernardi. De Octava S. Bernardi, cum Commemoratione S. Zephyrini, Papæ et Martyris. Octava S. Bernardi. xij. Lect. et M. Augustini, Episcopi, Conf. et Eccl. Doct. MM. min. cum Comm. S. Hermetis, Mart. Decollatio S. Joannis Baptistæ. MM. min. cum Commemoratione S. Sabinæ, Mart. Felicis et Adauchi, Martyrum. Comm. et M. Josephi Calasancii, Conf. iij. Lect. et M.

Cyclus Epactar.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xxiij	f	1	Ægidii, Abbatis. Commemoratio et M.
xxij	g	2	
xxj	A	3	
xx	b	4	
xxix	c	5	
xxviij	d	6	
xxvj	e	7	
xxv	f	8	NATIVITAS B. M. V. Serm. maj. cum Commemoratione S. Adriani, Martyris, in Laudibus tantum.
			¶ Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V. Festum SS. Nominis ejusdem B. M. V. MM. maj.
xv	g	9	De Octava, cum Commemoratione S. Gorgonii, Martyris.
xiv	A	10	De Octava.
xij	b	11	De Octava, cum Commemoratione SS. Proti et Hyacinthi, Martyrum.
xj	c	12	De Octava.
xj	d	13	De Octava.
x	e	14	Exaltatio S. Crucis. MM. min. cum Commemoratione Octavæ.
ix	f	15	Octava Nativitatis B. M. V. xij. Lecl. et M. cum Commemoratione S. Nicomedis, Martyris.
viiij	g	16	Cornelii et Cypriani, Martyrum. iij. Lecl. et M. cum Commemoratione SS. Euphemiæ, Lucæ et Geminiani, Martyrum.
vij	A	17	Lamberti, Episcopi et Martyris. iij. Lecl. et M.
vj	b	18	Commemoratio Fratrum, Parentum, et Benefactorum Ordinis defunctorum.
v	c	19	Januarii et Sociorum, Martyrum. Commemoratio. Item S. Sequani, Abbatis. Commemoratio.
iv	d	20	Vigilia, et Commemoratio SS. Eustachii et Sociorum, Martyrum.
iiij	e	21	Matthæi, Apostoli et Evangelistæ. MM. maj.
ij	f	22	Mauritii et Sociorum, Martyrum. iij. Lecl. et M.
j	g	23	Lini, Papæ et Martyris. Commemoratio. Item S. Theclæ, Virginis et Martyris. Commemoratio.
*	A	24	
xxix	b	25	
xxviij	c	26	
xxvj	d	27	Cosmæ et Damiani, Martyrum. Commemoratio et M.
25. xxvj	e	28	
xxv. xxvj	f	29	Dedicatio S. Michaëlis, Archangeli. MM. maj.
xxij	g	30	Hieronimi, Presbyteri, Confessoris et Ecclesiæ Doctoris. MM. min.

Cyclus Epactar.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xxij	A	Kal.	1 ¶ Dominica prima Octobris. Festum SS. Rosarii B. M. V. MM. maj.
xxj	b	vj	2 Remigii, Episcopi et Confessoris. Commemoratio.
xx	c	v	3 SS. Angelorum Custodum. MM. maj.
xix	d	iv	4 Francisci, Confessoris. xij. Lecl. et M.
xxviij	e	iiij	5 Placidi et Sociorum, Martyrum. iij. Lecl. et M.
xxvj	f	Prid.	6 Brunonis, Confessoris. iij. Lecl. et M.
xxv	g	Non.	7 Marci, Papæ et Confessoris. Commemoratio et M.
xv	A	viiij	8 Martini, Abbatis Ordinis Cisterciensis. Commemoratio. Item S. Birgittæ, Viduæ. Commemoratio.
xiv	b	vij	9 Dionysii, Rustici et Eleutherii, Martyrum. iij. Lecl. et M.
xxiij	c	vj	10
xij	d	v	11
xj	e	iv	12
x	f	iiij	13 Mauriti, Abbatis et Confessoris Ordinis Cisterciensis. iij. Lecl. et M.
ix	g	Prid.	14 Callisti, Papæ et Martyris. Commemoratio.
viiij	A	Ibid.	15 Teresiæ, Virginis. iij. Lecl. et M.
vij	b	xxvij	16 Hedwigis, Viduæ Ordinis Cisterciensis. iij. Lecl. et M.
vj	c	xxvj	17 Lucæ, Evangelistæ. MM. maj.
v	d	xxv	18
iv	e	xiv	19
iiij	f	xij	20
ij	g	xj	21 Ursulæ et Sociarum, Virginum et Martyrum. xij. Lecl. et M. cum Commemoratione S. Hilarionis, Abbatis.
j	A	xj	22
*	b	x	23
xxix	c	ix	24
xxviij	d	viiij	25 Bernardi, Episcopi et Confessoris Ordinis Cisterciensis. iij. Lecl. et M. cum Commemoratione SS. Crispini et Crispiniani, Martyrum.
xxvj	e	vij	26 Evaristi, Papæ et Martyris. Commemoratio.
xxv	f	vj	27 Vigilia.
25. xxv	g	v	28 Simonis et Judæ, Apostolorum. MM. maj.
xxiv	A	iv	29
xxiij	b	iiij	30
xxj	c	Prid.	31 Vigilia.



Cyclus Epaftar.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xxj	d	Kal. 1	FESTUM OMNIUM SANCTORUM. Serm. maj.
xx	e	iv 2	De Oclava. Commemoratio omnium Fidelium defunctorum.
xix	f	iiij 3	Malachiae, Episcopi et Confessoris. xij. Lect. et M. cum Commemoratione Oclavae.
xviiij	g	Prid. 4	Caroli, Episcopi et Confessoris xij. Lect. et M. cum Commemoratione Oclavae, et SS. Vitalis et Agricolae Martyrum.
xvii	A	Non. 5	De Oclava.
xvj	b	viiij 6	De Oclava.
xv	c	vij 7	De Oclava.
xiv	d	vj 8	Oclava omnium Sanctorum. xij. Lect. et M. cum Commemoratione SS. Quatuor Coronatorum, Martyrum.
xiiij	e	v 9	Dedicatio Basilicae SS. Salvatoris. MM. maj. cum Commemoratione S. Theodori, Martyris.
xij	f	iv 10	
xj	g	iiij 11	Martini, Episcopi et Confessoris. MM. maj. cum Commemoratione S. Mennae, Martyris.
x	A	Prid. 12	Martini, Papae et Martyris. Commemoratio.
ix	b	Idib. 13	Festum omnium Sanctorum Ordinis Cisterciensis et Instituti S. Benedicti. MM. maj.
viiij	c	xviiij 14	
vii	d	xviiij 15	Leopoldi, Confessoris. iij. Lect. et M.
vj	e	xvj 16	Edmundi, Episcopi et Confessoris. iij. Lect. et M.
v	f	xv 17	Gregorii Thaumaturgi, Episcopi et Confessoris. iij. Lect. et M.
iv	g	xiv 18	Dedicatio Basilicarum SS. Apostolorum Petri et Pauli. MM. maj.
iiij	A	xiiij 19	Pontiani, Papae et Martyris. Commemoratio. Item S. Elisabeth, Viduae. Commemoratio.
ij	b	xij 20	Commemoratio Parentum et Fratrum nostro- rum defunctorum.
j	c	xj 21	PRESENTATIO B. M. V. Serm. Min. cum Commemoratione S. Columbani, Abbatis, in Laudibus tantum.
*	d	x 22	Ceciliae, Virginis et Martyris. xij. Lect. et M.
xxix	e	ix 23	Clementis, Papae et Martyris. xij. Lect. et M. cum Commemoratione S. Felicitatis, Martyris.
xxviiij	f	viiij 24	Chrysoni, Martyris. Commemoratio.
xxvij	g	vij 25	Catharinae, Virginis et Martyris. xij. Lect. et M.
25. xxvj	A	vj 26	
xxv. xxvij	b	v 27	
xxiiij	c	iv 28	
xxij	d	iiij 29	Vigilia, et Commemoratio S. Saturnini, Martyris.
xxj	e	Prid. 30	Andreae, Apostoli. MM. maj.

Cyclus Epaftar.	Litt. Dom.	Dies Mensis.	
xx	f	Kal. 1	Eligii, Episcopi et Confessoris. Commemora- tio.
xix	g	iv 2	Bibianae, Virginis et Martyris. Commemora- tio.
xviiij	A	iiij 3	Galgani, Eremitae Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. et M.
xvij	b	Prid. 4	Petri Chrysologi, Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctores. iij. Lect. et M. cum Commemoratione S. Barbarae, Virginis et Martyris.
xvj	c	Non. 5	Francisci Xaverii, Confessoris. iij. Lect. et M.
xv	d	viiij 6	Nicolai, Episcopi et Confessoris. iij. Lect. et M.
xiv	e	vij 7	Vigilia.
xiiij	f	vj 8	IMMACULATA CONCEPTIO B. M. V. Serm. maj.
xij	g	v 9	De Oclava.
xj	A	iv 10	De Oclava, cum Commemoratione S. Mel- chiadis, Papae et Martyris.
x	b	iiij 11	De Oclava, cum Commemoratione S. Da- masi, Papae et Confessoris.
ix	c	Prid. 12	De Oclava.
viiij	d	Idib. 13	Luciae, Virginis et Martyris. xij. Lect. et M. cum Commemoratione Oclavae.
vij	e	xix 14	De Oclava.
vj	f	xviiij 15	Oclava Immaculatae Conceptionis B. M. V. xij. Lect. et M.
v	g	xviiij 16	
iv	A	xvj 17	
iiij	b	xy 18	
ij	c	xiv 19	
j	d	xiiij 20	Vigilia.
xxix	e	xij 21	Thomae, Apostoli. MM. maj.
xxviiij	f	xj 22	
xxvij	g	x 23	
25. xxvj	A	ix 24	Vigilia.
xxv. xxvij	b	viiij 25	NATIVITAS D. N. J. C. Serm. maj.
xxiiij	c	vij 26	STEPHANI, PROTOMARTYRIS. Serm. min. cum Commemoratione Oclavae Nativitatis.
xxij	d	vj 27	JOANNIS, APOSTOLI ET EVANG. Serm. min. cum Commemoratione Oclavarum.
xxj	e	v 28	SS. INNOCENTIUM, MARTYRUM. Serm. min. cum Commemoratione Oclavarum.
19. xx	f	iv 29	Thomae Cantuariensis, Episcopi et Martyris. MM. min. cum Commemoratione Oclava- rum.
19. xx	g	iiij 30	De Sexta die vel Dominica infra Oclavam Nativitas, cum Commemoratione Oclava- rum.
19. xx	A	Prid. 31	Silvestri, Papae et Confessoris. MM. min. cum Commemoratione Oclavarum.

¶ Haec Epacta 19 nigra nunquam est in usu, nisi quando eodem anno concurrat cum Aureo Numero xix.



## Rubricæ Generales BREVIARII CISTERCIENSIS

**Q**UOTIDIE fit Officium aut de Festo, aut de Dominica, aut de Feria, excepto triduo ante Pascha, in quo a Nocturnis seu Matutino Feriæ v. in Cœna Domini inclusive, usque ad Completorium Sabbati sancti exclusive, Officium persolvitur juxta formam et ritum Breviarii Rom. ex quo desu-

mitur; sed non duplicabuntur Antiphonæ. Matutinum tamen celebrabitur hora consueta post mediam noctem. Sed in Monasteriis, quæ in urbibus vel juxta sita sunt, Completorium hora quarta persolvetur, et mox dabitur signum ad Nocturnum sequentis diei Officium.

### De Festis

**C**ELEBRIORES solemnitates dicuntur Festa sermonis, et sunt duplicis generis: alia dicuntur Majora, quia de iis fit Officium per octiduum: nempe Nativitas Domini, Epiphania Domini, Pascha Resurrectionis, Ascensio Domini, Pentecostes, Festum Corporis Christi, Festum sacratissimi Cordis Jesu (tamen sine Octava), Immaculata Conceptio, Nativitas, Visitatio et Assumptio B. M. V., Festum S. Joseph (tamen sine Octava), Nativitas S. Joannis Baptistæ, Festum SS. Apostolorum Petri et Pauli, Festa S. P. N. Stephani, S. P. N. Bernardi, et omnium Sanctorum, Dedicatio propriæ Ecclesiæ, Patronus, vel Titularis Ecclesiæ.

2. Alia vero appellantur Minora, quæ aut minus solemnem

habent Octavam, ut Festum S. Stephani Protomartyris, S. Joannis Apostoli, SS. Innocentium, aut nullam, scilicet, Circumcisio Domini, Festum SS. Trinitatis, Annuntiatio, Purificatio et Præsentatio B. M. V. Festum S. P. N. Benedicti, S. Roberti, et si quod aliud Festum sub titulo Sermonis celebratur in Monasteriis.

3. Alia sunt Festa duarum Missarum in duplici differentia. Priora etiam dicuntur Majora, scilicet, Feria ij. et iij. Octavarum Paschæ et Pentecostes, Festum SS. Nominis Jesu, Festum pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C., Transfiguratio Domini, Inventio S. Crucis, Susceptio S. Coronæ, Festa SS. Nominis B. M. V., VII. Dolorum, de Monte Carmelo, SS. Rosarii, Dedicatio B. M. V. ad Nives,

## Rubricæ Generales Breviarii Cisterciensis xij

Dedicatio S. Michaëlis Archangeli, Festum SS. Angelorum Custodum, Natalia SS. undecim Apostolorum, Festa duorum Evangelistarum, Cathedra S. Petri Romana, Conversio S. Pauli Apostoli, Commemoratio ejusdem, Festa S. P. N. Alberici, S. Joachim, S. Annæ, S. Laurentii, S. Martini, S. Mariæ Magdalænæ, omnium Sanctorum Ordinis, Dedicatio Basilicæ SS. Salvatoris, item Basilicarum SS. Apostolorum Petri et Pauli, et quodcumque Festum celebratur in Diocesi propria sub præcepto, seu de consuetudine in Monasterio.

4. Posteriora vero sive Minora sunt cetera omnia Festa, quibus in Calendario duplicatur littera MM. sine adjuncto.

¶ In diebus supradictis, Officium fit xij. Lectionum, exceptis Feria ij. et iij. Octavarum Paschæ et Pentecostes, in qui-

bus fit Officium, ut in propriis locis ponitur.

5. Sunt etiam Festa xij. Lectionum et unius Missæ, ut dies Octava Festi Sermonis habentis Octavam, et Festa, quibus in Calendario ponitur littera hæc M. suntque rubro scripta, sicut et alia supradicta. Ad hunc ordinem spectant dies infra Octavas solemnem, licet in eis una tantum, vel tres legantur Lectiones ad Vigiliis.

6. De Festis autem nigro scriptis, quibus in Calendario apponuntur hæc verba: iij. **Leçt. et M.**, solum fit Officium trium Lectionum et Missa.

7. Sunt alia Festa, nigro scripta, de quibus nullum fit Officium, sed tantum Commemoratio, quorum alia dicuntur Festa Commemorationis et Missæ: alia dicuntur Festa solius Commemorationis, quæ facile recognoscuntur ex nota eis apposita in Calendario.

### De Festo duodecim Lectionum

**F**ESTUM xij. Lectionum, seu unius, seu duarum fuerit Missarum, aut Sermonis celebratur eo die quo cadit, nisi illud contingat transferri.

#### De Translatione Festorum.

2. Quodcumque Festum xij. Lectionum transfertur in primam diem Officio xij. Lectionum non impeditam, si occurrat in Vigilia Nativitatis Domini, in die Circumcisionis, in Epiphania, in Feria iv. Cine-

rum, in tota majori Hebdomada, et infra Octavam Paschæ, in Ascensione Domini, in diebus a Vigilia Pentecostes usque ad Festum SS. Trinitatis inclusive, in Festo Corporis Christi, in Festo Assumptionis B. M. V. et omnium Sanctorum. Si occurrat in die Octava, aut infra Octavam, fiat ut dicitur in Rubrica de Octavis num. 5; si in Dominica, ut dicitur in Rubrica de Dominicis, num. 1 et 2.

In translatione Festorum SS. Nominis Jesu, Purificationis, Annuntiationis B. M. V., VII. Dolorum ejusdem, S. Joannis Baptistæ, et Commemorationis S. Pauli Apostoli fit ut notatur propriis locis.

3. Si duo vel plura Festa simul eodem die veniant, fiat Officium de majori, et minora transferantur. At si omnia fuerint æqualia, fiat de digniori, seu solemniori, et quæ minoris solemnitatis sunt transferantur.

4. Si plura Festa transferenda sint, prius transferatur quod est superioris ordinis; et inter plura ejusdem ordinis, quod est magis solemne, semper prius transferatur, et prius celebretur: alioquin si sint æqualia, unum ante aliud transferatur eo ordine, quo erant celebranda in propriis diebus.

¶ Quæ supra dicuntur de translatione Festorum, cum hac exceptione sunt intelligenda; ut scilicet Festa feriata, seu in quibus ex præcepto populus ab opere servili vacat, celebrentur eodem die quo in Diœcesi, in civitate, vel in loco celebrantur: de aliis autem Festis fit ut supra notatur.

#### De Officio xij. Lectionum.

5. Festum xij. Lectionum habet j. et ij. Vesperas integras, nisi cum alio simili vel majori concurret, ut infra dicitur, et totum Officium fit de eo, incipiendo a j. Vesperis, usque ad Completorium sequentis diei inclusive: nisi aliter in propriis

locis assignetur. Modus autem recitandi hoc Officium habetur in Psalterio, et in prima Dominica in Adventu.

#### De concurrentia Officii in Vesperis.

6. Quando Festum xij. Lectionum in ij. Vesp. concurret cum alio sequenti Festo xij. Lectionum in j. Vesperis, si utraque sint ejusdem solemnitatis, regulariter a Capitulo fit de sequenti, cum Commemoratione præcedentis, nisi aliter in propriis locis annotetur. Si vero non sint ejusdem solemnitatis, servetur differentia in Rubrica de Festis assignata; ut scilicet Festa majora habeant j. et ij. Vesperas integras, cum Commemoratione minorum, quando de eis fieri debet. Si autem post aliquod Festum minus, sequatur immediate aliud majus, Vesperæ erunt de sequenti, cum Commemoratione præcedentis. Inter Festa æqualis solemnitatis servetur hic ordo, ut Festa Domini præferantur omnibus aliis, et habeant utrasque Vesperas integras, sicuti Festa B. M. V. Festis Sanctorum, item Festa Angelorum et Apostolorum ceteris aliis: et Festa illorum Sanctorum, qui in propriis locis vel Ecclesiis solemniter celebrantur, aliis in Calendario descriptis.

7. Die infra Octavam solemnem concurrente cum sequenti Festo xij. Lectionum et unius Missæ, aut Festo xij. Lectionum et unius Missæ concurrente cum sequenti die infra Octavam sole-

mnem, a Capitulo fit de sequenti, cum Commemoratione præcedentis. De die autem infra Octavam solemnem fit tantum Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus, si in ea occurrat Festum duarum Missarum, vel dies Octava. Si vero Festum fuerit Sermonis, nulla fit Commemoratio de die infra Octavam, nisi in ij. Vesp. ut dicitur in Rubrica de Commemoratione, num. 2.

8. Die Octava concurrente cum alia die Octava, a Capitulo fit de sequenti, cum Commemoratione præcedentis, excepta Octava Corporis Christi, de qua fit totum Officium, cum Commemoratione alterius Octavæ sequentis aut præcedentis. Si Festum xij. Lect. et M. occurrat pridie aut postridie diei Octavæ, dies Octava habebit Vesperas integras, cum Commemoratione Festi. Si vero Festum fuerit duarum Missarum minus, etiam translatum, habebit Vesp. integras, cum Commemoratione Octavæ, excepta die Octava Paschæ, et Corporis Christi, in quarum Vesperis de hujusmodi Festo fit tantum Commemoratio. Si autem sequens aut præcedens Festum etiam translatum, fuerit Sermonis, aut duarum Missarum majus, totum Officium Vesperarum fit de Festo, cum Commemoratione Octavæ, excepto Festo SS. Cordis Jesu, de quo nihil fit in ij. Vesperis Octavæ Corporis Christi.

9. In Sabbato, si occurrat Festum xij. Lectionum et unius Missæ, aut dies infra Octavam solemnem, a Capitulo fit de sequenti Dominica, cum Commemoratione Festi, vel Octavæ. Si occurrat Festum Sermonis, aut duarum Missarum vel dies Octava, omnia fiunt de Festo Sermonis, aut duarum Missarum, vel de die Octava, cum Commemoratione Dominicæ sequentis: exceptis Dominicis his, prima Adventus, prima Quadragesimæ, Passionis et Palmarum, de quibus fit a Capitulo, cum Commemoratione Festi duarum Missarum, vel Octavæ extra Quadragesimam. Si autem Festum fuerit Sermonis, habebit Vesperas integras, cum Commemoratione Dominicæ.

10. In Feria ij. si occurrat Festum xij. Lectionum et unius Missæ, aut dies infra Octavam solemnem, Vesp. in Dominica erunt de ea, cum Commemoratione sequentis Festi, vel Octavæ. Si occurrat Festum duarum Missarum minus, vel dies Octava, Vesperæ totæ in Dominica erunt de sequenti Festo, aut die Octava, cum Commemoratione Dominicæ: excepta Dominica in Albis, de qua erunt Vesperæ cum Commemoratione Festi sequentis. Si tamen sequens Festum, etiam translatum, fuerit Sermonis, aut duarum Missarum majus, Vesperæ totæ erunt de eo, cum Commemoratione Dominicæ.



## De Octavis

**D**E Octava solemniter fit Officium, ut in propriis locis notatur, vel saltem Commemoratio (quando aliquo Festo, vel Dominica impeditur) per octo dies continuos. In Pascha Resurrectionis, et Pentecostes, Officium Octavæ terminatur in Sabbato sequenti ad Nonam.

2. De Octava minus solemniter fit tantum Commemoratio diebus infra Octavam. In ipsa autem die Octava fit Officium xij. Lectionum de Octava, præterquam in die Octava Nativitatis B. M. V. quando occurrit in Dominica, ut notatur in Proprio.

3. De Octavis quæ non sunt in Calendario omittitur Officium et Commemoratio a Vesperis diei 17 Decembris usque ad Octavam Epiphaniæ inclusive; et a Laudibus Feriæ iv. Cinerum usque ad Dominicam in Albis inclusive, et a j. Vesperis Pentecostes usque ad Festum SS. Trinitatis inclusive.

4. Infra Octavas Paschæ et Pentecostes non fit de Festo aliquo, etiam principali Patrono vel Titulari Ecclesiæ, vel Dedicatione ejusdem, sed transfertur post Octavam. Si tamen occurrat Festum de præcepto quod infra eas alicubi celebretur a populo, ibi fit etiam de tali Festo cum Commemoratione Octavæ. Infra alias Octavas solemnes fit de omnibus Festis xij. Lectionum

occurrentibus, ac etiam translatis, cum Commemoratione Octavæ, nisi illa Festa sint Sermonis, in quibus ad j. Vesperas et Laudes nulla fit Commemoratio de Octava, exceptis Octavis Domini, de quibus fit semper Commemoratio, ut dicitur in Rubrica de Commemorationibus, num. 2.

In Festis autem xij. Lectionum et unius Missæ, quoad Vesperas, fit ut supra in Rubrica de concurrentia Officii in Vesperis, numero 7 notatur.

5. In die Octava, non fit de aliquo Festo, nisi sit Sermonis, aut duarum Missarum (in die Octava Corporis Christi fit tantum de Festo Sermonis) cum Commemoratione diei Octavæ in utrisque Vesperis et Laudibus. Festum vero xij. Lectionum et unius Missæ in die Octava occurrens, transfertur in primam diem Officio xij. Lectionum non impeditam. De Festo Commemorationis S. Pauli Apostoli, quando occurrit in die Octava Corporis Christi, fit ut notatur suo loco. De Dominica occurrente in die Octava vel infra Octavam solemnem, dicitur in Rubrica de Dominicis, numero 2 et 3.

6. Si duæ Octavæ solemnes simul occurrant (ut Octava Dedicationis, aut Patroni, vel Titularis Ecclesiæ cum alia Octava) quando non erunt celebranda

Festa xij. Lectionum, vel Dominica, fiet Officium de digniori, cum Commemoratione alterius. De die autem Octava cujuscumque Festi Sermonis fit totum Officium xij. Lectionum, cum Commemoratione diei infra aliam Octavam.

Octava Dedicationis propriæ Ecclesiæ est major quam Octava Patroni loci, seu tituli Ecclesiæ. Dignior vero est Octava Beatæ Virginis Assum-

ptæ, quam Octava Dedicationis.

7. Quando Festum habens Octavam transfertur, non ideo dies Octava transfertur, sed ipsa die de ea fit Commemoratio, quæ alias erat Octava, si Festum non fuisset translatum. Quod si Festum post totam suam Octavam transferri contigerit, illo anno celebretur sine Octava, nisi Titularis Ecclesiæ privilegio aliter fieri oporteat.

## De Festo et Officio trium Lectionum

**D**E Festo iij. Lectionum fit eo die quo cadit, nisi eodem die occurrat fieri Officium xij. Lectionum, de Octava, vel de S. Maria in Sabbato, vel de Feriis Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigilium Nativitatis, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes, S. Joannis Baptistæ, Assumptionis et omnium Sanctorum, et secunda Rogationum, quæ est prima dies Rogationum; et Feria vj. quæ sequitur Octavam Ascensionis, quibus, ac etiam Officio Feriæ a Vesperis diei 17 Decembris usque post Octavam Epiphaniæ, Festum iij. Lectionum cedit; et tunc de eo fit tantum Commemoratio, ut dicitur in Rubricis de Feriis et de Commemorationibus.

2. Habet tantum j. Vesperas, in quibus dicuntur Psalmi Feriales, et a Capitulo fit de Festo, nisi cum eo concurrat Officium xij. Lectionum; quia tunc de

Festo iij. Lectionum fit sola Commemoratio, et ejus Officium terminatur ad Nonam, et nihil amplius fit de eo, nec Commemoratio.

3. Ad Vigiliis, post Invitatorium et Hymnum de Festo, dicuntur duo Nocturni cum Psalmis et Antiphonis, ut in Psalterio, secundum Feriam quæ occurrit. Post j. Nocturnum, dicto Versu de Festo. leguntur tres Lectiones, cum totidem Responsoriis, ut in propriis locis assignantur. Et post j. Nocturnum dicuntur Capitulum, Versus et Oratio de Festo. Ad Laudes Psalmi ut in Festis, etc. ut in Proprio vel Communi notatur.

4. In his Festis, in diebus infra Octavas solemnes, et in aliis diebus quibus omittitur Officium Defunctorum, tam in Hieme quam in Æstate, Laudes post j. Nocturnum recitabuntur, dictis *℣. Divinum auxilium.* et *℟. Fidelium.*



**De Officio Sanctæ Mariæ in Sabbato**

**D**E S. Maria, in omnibus Sabbatis per annum, (extra Quadragesimam, et Quatuor Tempora, et præterquam a die 17 Decembris usque post Octavam Epiphaniæ, ac nisi Vigilæ Pentecostes, S. Joannis Baptistæ, Assumptionis et omnium Sanctorum occurrant, et nisi fiat Officium xij. Lectionum, vel de Octava) semper fit Officium eo modo quo fit de Festo iij. Lectionum, quemadmodum circa finem Breviarii disponitur. De Festo autem iij. Lectionum in Sabbato occurrente fit tantum Commemoratio.

2. Cum vero supradictis diebus fieri non potest Officium de S. Maria, nulla etiam fit Commemoratio de ea propter Sabbatum; sed tantum fit consueta ejus Commemoratio per annum cum aliis Suffragiis.

**De Dominicis**

**D**OMICARUM divisio est in majores et minores. Majores sunt, vel primi ordinis, quæ numquam omittuntur, videlicet, Dominica prima Adventus, prima Quadragesimæ, Passionis, Palmarum, Paschæ, in Albis, Pentecostes, SS. Trinitatis; vel sunt secundi ordinis, quæ non omittuntur, nisi occurrant Patrono, vel Titulari Ecclesiæ, aut ejusdem Dedicatiõne, aut Festo solemniori alicujus

3. Ejus Officium in Sabbato incipit Feria vj. ad modum Festi iij. Lectionum, a Capitulo, et terminatur ad Nonam Sabbati. Si autem Feria vj. occurrat Officium xij. Lectionum, in Vesperis fit tantum Commemoratio de S. Maria cum Antiphona, Versu et Oratione, quæ habentur in Officio ejus in Sabbato, nisi illud Officium xij. Lectionum sit de eadem B. Maria, quia tunc nulla alia Commemoratio de ea faciendâ est. De Officio SS. Sacramenti, et de Officio S. Bernardi, quando et quomodo dicenda sint, habentur suis locis propriæ Rubricæ circa finem Breviarii, cum hac animadvertione, quod duo hæc Officia locum non habent a die 17 Decembris usque ad Octavam Epiphaniæ inclusivè.

loci, quod in his Dominicis secundi ordinis occurrunt, in propria tantum Ecclesia celebratur, cum Commemoratione Dominicæ in utrisque Vesperis et Laudibus: hæc sunt Dominica ij. iij. iv. Adventus, Dominica Septuagesimæ, Sexagesimæ, Quinquagesimæ, Dominica ij. iij. iv. Quadragesimæ.

2. Dominicæ minores sunt ceteræ omnes Dominicæ per annum, quarum Officium omittitur

occurren te Festo Sermonis, aut duarum Missarum, aut die Octava Festi Sermonis habentis Octavam, quia tunc fit de Festo, vel de die Octava, cum Commemoratione Dominicæ in utrisque Vesperis et Laudibus, præterquam in die Octava Epiphaniæ, in qua nihil fit de Dominica, quia ejus Officium ponitur in Sabbato præcedenti: de Festis vero quæ certis Dominicis assignantur, ut sunt Festa SS. Nominis Jesu, pretiosissimi Sanguinis, SS. Nominis B. M. V., et SS. Rosarii, fit ut in aliis Festis duarum Missarum. Si Festum xij. Lectionum et unius Missæ, eodem die occurrat, transfertur in primam diem Officij xij. Lectionum non impeditam.

3. De Dominicis infra Octavas Nativitatis, Epiphaniæ, Ascensionis, et Corporis Christi occurrentibus. Officium fit sicut in Proprio de Tempore habetur, cum Commemoratione Octavæ. In Dominicis vero, quæ occurrunt infra alias Octavas, totum Officium fit de Dominica, ut in Psalterio, et in Proprio de Tempore, cum Commemoratione Octavæ, præterquam in Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V., in qua Officium fit de ejusdem B. M. V. sanctissimo Nomine.

4. Dominicæ quæ aliquando supersunt post Epiphaniam ante Septuagesimam, ponuntur post Dominicam xxij. a Pentecoste, hoc ordine. Si Dominicæ post

Pentecosten fuerint xxv., Dominica xxiv. post Pentecosten erit quæ est vj. post Epiphaniam. Si fuerint xxvj., Dominica xxiv. erit quæ est v., et xxv. quæ est vj. Si fuerint xxvij., Dominica xxiv. erit quæ est iv., et xxv. quæ est v., et xxvj. erit vj. Si fuerint xxviii., Dominica xxiv. erit iij., et xxv. erit iv., et xxvj. erit v. et xxvij. erit vj. Et ultimo loco semper ponitur, quæ in ordine est xxiv. post Pentecosten.

5. Si post Pentecosten sint tantum xxij. Dominicæ (quod contingit quando Pascha celebratur xxiv. vel xxv. Aprilis) Dominica xxiv. ponitur loco xxij. et Officium xxij. ponitur in præcedenti Feria v. quæ non sit impedita Festo xij. vel iij. Lectionum; alioquin in Feria vj. aut alia die proximius vacante ante Feriam v., in qua fiat Officium de Feria, in ea legantur tres Lectiones de Homilia Dominicæ xxij. cum ejus Antiphona ad Benedictus, et Oratione, quæ dicitur etiam in ij. Nocturno, et ad Horas, et continuatur privatis diebus usque ad pridianas Vesperas Sabbati. Quod si tota Hebdomada impedita sit Festis xij. vel iij. Lectionum, aut aliqua Octava, tunc in Sabbato de ea Dominica xxij. fiat Commemoratio in Laudibus tantum, cum Antiphona et Oratione propria.

6. Cum vero interdum contingat, ut Dominica iij. vel iv. vel v. vel vj. post Epiphaniam

supersit, nec possit poni etiam post xxij. a Pentecoste (quod evenit, quando Septuagesima fuerit 23 vel 30 Januarii, aut 6 vel 13 Februarii, et annus non est Bissextilis; item, quando Septuagesima fuerit 24, 25, 26, 27, 31 Januarii, aut 1, 2, 3, 7, 8, 9, 10, 14, 15, 16, 17 Februarii) tunc de ea fit Officium in Feria v. ante Dominicam Septuagesimæ non impedita, alioquin in alia, eo modo quo dictum est supra numero præcedenti.

7. Quando autem Septuagesima venerit in prima Dominica post Octavam Epiphaniæ; tunc prima die post Octavam non impedita Festo xij. vel iij. Lectionum, fiat Officium de Feria, in qua ponuntur tria prima Responsoria j. Nocturni Dominicæ secundæ post Epiphaniam, et tres Lectiones leguntur de Homilia ejusdem Dominicæ, cum ejus Antiphona ad Benedictum et Oratione, quæ dicitur etiam in ij. Nocturno, Tertia, Sexta et Nona. Si omnes Feriæ

### De Feriis

**O**FFICIUM Feriale, hoc est, simplex de Tempore occurrenti, sive tres, sive una tantum legatur Lectio ad Vigilias, prout in Psalterio et Proprio de Tempore habetur, fit semper in Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum et in Feria ij. Rogationum, quando infra Hebdoma-

sum impeditæ, fiat Officium prædictum prima die post Octavam minus impedita, cum Commemoratione Festi in ea occurrenti.

8. Cum autem in Proprio de Tempore dicitur aliqua Dominica esse prima mensis, in qua primo ponitur initium libri de Scriptura cum sua historia, id est cum Responsoriis; animadvertendum est, eam dici primam Dominicam mensis quæ est Kalendis, vel proximior Kalendis illius mensis; ita ut si Kalendæ fuerint ij. iij. et iv. tunc prima Dominica mensis, in qua liber de Scriptura inchoandus ponitur, est ea quæ præcedit Kalendas; sin v. et vj. Feria, et Sabbato, est ea quæ sequitur. Et Sabbato præcedenti ad Magnificat ponetur Antiphona illius historiæ, ommissa alia, quæ forte occurreret.

Dominica autem prima Adventus non sumitur ea quæ est proximior Kalendis Decembris, sed Festo S. Andreae, vel quæ venerit in ipso Festo.

dam non occurrat Festum xij. Lectionum, vel de Octava solemniori, quia tunc de hujusmodi Feriis fit Commemoratio, et quidem de Feriis Adventus et Quadragesimæ Commemoratio fit in utrisque Vesperis et Laudibus; de Feriis vero Quatuor Temporum, Vigiliarum, et secunda Rogationum, quando de

illis Commemoratio fieri debet, fit in Laudibus tantum. Si autem in eis occurrat Festum iij. Lectionum, de eo fit tantum Commemoratio exceptis Feriis Adventus (usque ad 17 diem Decembris exclusive) et Vigilias minoribus Apostolorum, ac S. Laurentii, in quibus occurrens Festum iij. Lectionum, vel Officium S. Mariæ in Sabbato, vel SS. Sacramenti Feria v., vel S. Bernardi Feria iij., cele-

bratur cum Commemoratione Feriæ aut Vigilias.

2. Item per annum fit Officium de Feria illis diebus, quibus nullum aliud occurrit Officium; occurrente alio Officio, nulla fit de Feria Commemoratio.

3. Officium Feriæ incipit, ubi præcedentis Festi vel diei Officium desinit; terminatur autem, ubi subsequentis Festi vel diei Officium incipit.

### De Vigilias

**D**E Vigilias fit Officium diebus quibus in Calendario annotatur hæc vox: Vigilias nisi in die Vigilias occurrat Festum xij. Lectionum, vel dies Octava, aut infra Octavam solemnem, et nisi in Vigilias minoribus Apostolorum, ac S. Laurentii, occurrat Festum iij. Lectionum, vel Officium de S. Maria in Sabbato, aut aliud ex votivis ut supra in Rubrica de Feriis; tunc enim fit Commemoratio de Vigilias ad Laudes tantum, cum Antiphona ad Benedictum, et Versu Feriæ occurrentis de Psalterio, et Oratione Vigilias, præterquam in Festis Sermonis, et in Adventu, Quadragesima et Quatuor Temporibus; nulla enim in his Festis et Feriis de Vigilias fit Commemoratio.

2. Si Vigilias occurrat in Dominica, de ea fit Officium in Sabbato, quod non sit impeditum officio xij. Lectionum vel die

infra Octavam solemnem, quia tunc de Vigilias fit tantum Commemoratio, ut dictum est. Excipiuntur ab hac regula Vigilias Nativitatis et Epiphaniæ Domini; quæ si venerint in Dominica, fit de illis, ut in propriis Rubricis dicitur. Excipiuntur etiam Vigilias supra in hac eadem Rubrica enumeratæ, de quibus, si ob Dominicam anticipentur in Sabbato, fit tantum Commemoratio ut dictum est numero præcedenti.

3. Officium Vigilias incipit ad Matutinum, et terminatur ad Nonam, et totum fiat de Feria occurrente, ut in Psalterio; sed in ij. Nocturno. Laudibus, Tertia, Sexta et Nona, dicitur Oratio Vigilias. Et in Hieme leguntur tres Lectiones de Homilia in Evangelium Vigilias, ut in propriis locis assignatur, cum tribus Responsoriis de Feria occurrente. In Æstate vero dicitur Lectio brevis



cum suo Responsorio brevi, ut in Psalterio. In Vigilis autem Nativitatis, Epiphaniæ,

Ascensionis et Pentecostes, fit Officium ut in propriis locis notatur.

### De Commemorationibus

**N**ULLÆ fiunt Commemorationes, in Pascha Resurrectionis, nec in tribus antecedentibus et duobus sequentibus diebus, sicut et in Pentecoste, et duobus sequentibus diebus.

2. In j. Vesperis aliorum Festorum Sermonis nulla fit Commemoratio Festi iij. Lectionum currentis, nec Festi Commemorationis, nec alicujus præcedentis seu concurrentis Festi xij. Lectionum et unius Missæ, nec alicujus diei infra Octavam. Sed de Festis Sermonis, vel duarum Missarum, de Dominicis, in die Octava, de Feriis Adventus et Quadragesimæ, et de die infra Octavas Domini, videlicet Nativitatis, Epiphaniæ, Ascensionis et Corporis Christi, fit semper Commemoratio, sicut etiam in utrisque Vesperis et Laudibus fit Commemoratio de Dominica, et de die Octava currentibus. In Laudibus autem non fit Commemoratio alicujus Vigilie nec Festi iij. Lectionum, aut Commemorationis, nisi aliter notetur; nec diei infra Octavam, exceptis Octavis Domini, ut supra. De Feriis vero Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, et secunda Rogationum, fit semper Commemoratio. At in ij. Vesperis, fit Commemoratio

de quibuscumque sequentibus, nisi aliter notetur.

3. Exceptis diebus supraddictis, Commemorationes ad Vesperas et Laudes fiunt de diebus infra Octavam minus solemnem, et de Festis Commemorationis quando occurrunt, item de Festis iij. Lectionum, quando in eorum diebus occurrit aliud dignius Officium, ut dictum est in Rubrica de Festo et Officio iij. Lectionum. Si prædicta Festa iij. Lectionum, aut Commemorationis occurrant Feria iv. infra Octavam Paschæ aut Pentecostes, de iis fit tantum Commemoratio in Laudibus Feriæ iv. Item si occurrant Feria v. in Coena Domini (cum in ea non possit fieri ulla Commemoratio) nulla etiam fiet de iis Commemoratio in Vesperis Feriæ iv. præcedentis. Denique fit Commemoratio tantum Festi iij. Lectionum in Vesperis de Feria, quando postridie de eodem facienda est sola Commemoratio, ob currentem Feriam iv. Cinerum, seu Feriam iv. aut vj. Quatuor Temporum, aut Vigiliam, quia non habet Officium, ergo neque j. Vesperas.

4. De Festis concurrentibus, de Octavis, de Dominicis, de Feriis et Vigilis, quomodo et quando facienda sit Commemo-

ratio, dictum est superius in propriis singulorum Rubricis.

5. Commemorationes fiunt hoc modo: post Orationem diei, dicto Amen, in j. Vesperis dicitur Antiphona quæ posita est ad Magnificat, et in Laudibus quæ posita est ad Benedictus in Communi (si propriam non habuerit) conveniens ejus Officio, cujus fit Commemoratio. Si in ij. Vesperis facienda sit Commemoratio, dicitur Antiphona, quæ in ij. Vesperis ponitur ad Magnificat. Post Antiphonam dicitur Versus, inde sumendus unde sumpta est Antiphona, scilicet, post Hymnum Vesperarum et Laudum. Deinde dicitur Oremus, post ea Oratio sine conclusione, nisi sit ultima. Si Antiphona Festi de quo fit Commemoratio, sumenda esset ex eodem Communi, unde sumpta est in Officio diei, in Festo Commemorationis variatur: ita ut in Vesperis sumatur ex Laudibus, et in Laudibus ex j. Vesperis ejusdem Communis, Versus vero sumatur ex primo Nocturno ejusdem Communis, nisi aliter signetur. In Officio autem iij. Lectionum S. Bernardi post SS. Trinitatem, pro Commemoratione B. Mariæ, ne repetatur *Ÿ. Ora pro nobis*, dicatur in Vesperis et Laudibus *Ÿ. Dignare*. Si item occurrat, ut eadem sit Oratio Festi de quo fit Officium, et ejus de quo fit Commemoratio, mutetur Oratio pro Commemoratione in aliam de Communi. Si

de Tempore fiat Commemoratio, de Dominica scilicet, vel Feria, Antiphona et Versus ante Orationem eodem modo sumantur ex proprio de Tempore, si habuerit proprium, alioquin de Psalterio: Oratio vero ex Proprio de Tempore.

6. Quando contingit fieri plures Commemorationes, de illo prima fiat Commemoratio, de quo potius et primo fieret Officium, si non impediretur. Aliæ Commemorationes secundum ordinem quo hic consequenter ponuntur, fieri debent, nisi aliter signetur.

De Festo Sermonis, aut duarum Missarum.

De die Octava.

De Dominica.

De Festo xij. Lectionum et unius Missæ.

De die infra Octavam solemnem.

De Feriis Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum et Vigiliarum Epiphaniæ, Ascensionis, Assumptionis B. M. V., S. Joannis Baptistæ, SS. Apostolorum Petri et Pauli, et omnium Sanctorum.

De S. Maria, quando in ij. Vesperis Festi xij. Lectionum, quod Feria vj. celebratum sit, de ea fieri debet Commemoratio pro Officio sequentis Sabbati.

De Festo iij. Lectionum et Missæ.

De Feriis Adventus et aliarum Vigiliarum per annum a supraddictis.

De Festo Commemorationis.



De die infra Octavam minus solemnem.

Et postremo dicuntur Suffragia, seu communes Commemorationes.

Commemorationes Communes, seu Suffragia de Sanctis, omittuntur in Festis Sermonis, et per omnes et totas Octavas solemnes, in majoribus Festis duarum Missarum, in Festis

minoribus Apostolorum, in Festo S. Augustini, in Decollatione S. Joannis Baptistæ, in Vigiliis Nativitatis Domini et Epiphaniæ, in Octavis S. Stephani Protomartyris, S. Joannis Evangelistæ et SS. Innocentium, in tota majori Hebdomada, et in biduo post Octavam Ascensionis, etiam si his diebus fiat de Sanctis occurrentibus.

**De Invitatorio, Antiphonis, Psalmis et Hymnis**

**Q**UANDO Invitatorium constat primis verbis Psalmi 94. *Venite*. aut primis verbis alicujus Versiculi ejusdem Psalmi, ea non repetit Invitatorianus in Psalmo aut Versiculo: si vero constet ultimis verbis alicujus Versiculi prædicti Psalmi, illa ultima verba omittuntur, et eorum loco repetitur a choro Invitatorium.

2. Antiphonæ ejusdemque Officii dicuntur tantum in fine Psalmorum vel Canticorum quibus assignantur. In omni officio (etiam Defunctorum) quod cum cantu celebratur, Antiphona inchoatur ante initium Psalmi, vel Cantici, sed in fine dicitur integra. Quando sumitur ex principio Psalmi aut Cantici, post inceptam Antiphonam non repetitur tale principium, sed continuatur id quod sequitur in Psalmo, aut Cantico, et ab eo loco ubi desinit Antiphona.

3. Psalmi qui dividuntur in Officio Feriali, integri dicuntur in Nocturnis xij. Lect. Ad Lau-

des in Dominicis extra tempus Paschale dicuntur Psalmi: *Miserere*, et *Confitemini*. cum reliquis: tempore vero Paschali tam in Dominicis quam Feriis, in Dominicis infra Octavas Domini, (non infra Octavas Sanctorum aut Dedicacionis,) in omnibus Festis per annum, in diebus infra omnes Octavas solemnes, in Vigiliis Nativitatis Domini et Epiphaniæ et in Officio lij. Lectionum SS. Sacramenti, B. Mariæ et S. Bernardi dicitur Psalmus: *Dominus regnavit*. cum reliquis.

4. Symbolum S. Athanasii dicitur ad Primam in omnibus Dominicis per annum, quando Officium fit de Dominica, exceptis Dominicis infra Octavas Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis et Corporis Christi, ac Dominica Resurrectionis et Pentecostes, ac etiam Vigiliis Nativitatis Domini et Epiphaniæ, quando occurrunt in Dominica. In Dominicis infra alias Octavas dicitur, et in Domi-

nica SS. Trinitatis, et Octava Paschæ.

5. In fine omnium Hymnorum, ad omnes Horas, etiamsi dicantur de Sanctis, modo sint ejusdem metri, nec habeant ultimum Versum proprium (ut sunt: *Per sæcla metæ nescia*. Tu esto nostrum gaudium. *Uniatraque Domino. Præsta, Pater, per Filium. Te summa Deus Trinitas. Te nunc, Redemptor, quæsumus. Qui de Maria naceris. Summæ Deus potentie.* et tres conclusiones Hymnorum de SS. Nomine Jesu) ultimus Versus variatur pro temporis varietate.

6. Sic in Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, in Festo SS. Nominis Jesu, in Festo Corporis Christi, et per ejus Octavam, in Festis B. Mariæ, et per eorum Octavas solemnes, quodcumque fit Officium de SS. Sacramento vel de B. Maria, etiam tempore Paschali dicitur: *Gloria tibi, Domine, Qui natus es de Virgine, etc.* etiam si dicantur Hymni de Sanctis, qui infra Octavas prædictas celebrantur. In Epiphania Domini, et per Octavam, et in Festo Transfigurationis, dicitur: *Gloria tibi, Domine, Qui apparuisti hodie.* A Pascha

usque ad Ascensionem dicitur: *Gloria tibi, Domine, Qui surrexisti a mortuis.* In Ascensione autem usque ad Pentecostem dicitur: *Gloria tibi, Domine, Qui scandis super sidera.* In Pentecoste vero, et per Octavam dicitur: *Gloria Patri Domino, Natoque qui a mortuis, etc.* Aliis temporibus terminantur Hymni, ut suis locis ponitur.

7. In primo Versiculo Hymni *Iste Confessor*. quando Festum non fit ipso die obitus, vel si Festum habens Octavam ultra octo dies transferatur, dicitur: *Hac die... supremos.* Sed retinendus Versus *Hodie... secreta.* tum in Vesperis, tum in reliquo Officio, quando Festum celebratur in crastino obitus, et dictæ fuerint Vesperæ saltem a Capitulo.

Item dicendum quando Festum habens Octavam non ultra octo dies transfertur, et idem Versus: *Hodie... secreta.* per reliquos dies qui forte supererunt retinebitur, quia tota Octava nihil aliud est quam extensio ipsius Festi. In Hymno autem *Jesu, corona celsior.* numquam omittitur versiculus; *Anni reverso tempore, Dies illuxit lumine, etc.* præterquam in Officio S. Bernardi Feria iij.

**De Responsoriis post Lectiones**

**I**N omni Officio xij. Lectionum, dicuntur etiam 12 Responsoria, et in fine quarti, octavi, et duodecimi, dicitur:

*Gloria Patri.* cum repetitione partis Responsorii. Excipitur tempus a Dominica Passionis usque ad Pascha, quo, post

eadem Responsoria 4, 8 et 12 non dicitur : *Gloria Patri*. sed ejus loco repetitur Responsorium ex integro, quod etiam servatur in ultimo Responsorio Feriarum. Diebus vero Festivis, dicitur : *Gloria Patri*. ut supra.

2. Responsoria Dominicalia in principio mensis, vel libri posita, repetuntur in aliis sequentibus Dominicis illius mensis, in quibus alia non assignantur, vel donec de illo libro legatur, unde sumpta sunt Responsoria.

3. Si Responsoria ejus Dominicæ, in qua primo ponuntur, propter diem Octavam, vel Festum duarum Missarum, aut Sermonis, in ea occurrens, in ipsa Dominica poni non possunt, ponantur in sequenti Dominica similiter non impedita, et dummodo in ea alia Responsoria non sint primo ponenda, alioquin eo anno omittantur. In Hieme ponuntur in sequenti Feriali Officio, nisi alia assignentur.

4. In omni Officio iij. Lectionum, et infra Octavam in Hi-

me, dicuntur tria Responsoria, quæ in Festis iij. Lectionum sumuntur de Proprio aut de Communi Sanctorum : in Octavis, de Festo, incipiendo a primis usque ad ultima (nisi aliter signetur), quibus per ordinem absolutis, iterum resumuntur prima, et sic de ceteris quantum opus fuerit, etiam si forte infra Octavam fiat de Dominica vel de Festo xij. Lectionum, dicuntur enim per ordinem ac si aliud Officium non interessisset. In Feriali autem de Tempore infra Hebdomadam per Hiemem, Responsoria dicuntur per ordinem de Dominica præcedenti, in qua primo sunt posita, (nisi Feriali assignentur propria). Et quando infra plures Hebdomadas repetuntur, semper prima die utriusque Hebdomadæ dicuntur prima Responsoria de Dominica. Responsoria autem, quæ in aliquibus Feriali per Hebdomadam habentur, si eo die quo posita sunt non possunt dici propter Festum occurrens, non sunt transferenda in aliam diem, sed omittuntur.

#### De Oratione, sive Collecta

**O**RATIO in omnibus Horis semper dicitur post *Kyrie eleison*. et *Pater noster*. In Matutinis tamen xij. Lectionum post Hymnum. *Te decet laus* : in aliis post *Kyrie eleison*. et *Pater noster*. iij. Nocturni.

2. Ad Primam et Completorium numquam mutantur Ora-

tiones quæ habentur in Psalterio, præterquam in triduo ante Pascha. In Nocturnis et in Horis regulariter dicitur Oratio quæ dicta est in j. Vesperis. In Quadragesima autem, Quatuor Temporibus, Vigiliis, et Feria ij. Rogationum Oratio quæ ponitur ante vel post Antiphonam

ad Benedictus, dicitur etiam in ij. Nocturno, et ad Tertiam, Sextam et Nonam tantum. In Vesperis autem sequentibus, si fit de Feria, dicitur vel alia propria, ut in Quadragesima vel Dominicæ præcedentis, ut in aliis Feriali. Quæ Oratio præcedentis Dominicæ semper dicitur in Feriali Officio per Hebdomadam in ij. Nocturno, Laudibus, Tertia, Sexta, Nona et Vesperis, quando propria non assignatur. Et in Sabbato ad Vesperis dicitur Oratio Dominicæ sequentis. Infra Octavam dicitur Oratio ut in die Festi, similiter et in die Octava, nisi alia propria assignetur. Diebus quoque Ferialibus in ij. Nocturno dicitur Oratio diei, et similiter in Festis iij. Lectionum, et infra Octavas.

3. Ante Orationem, etiam quando aliquis solus recitat Officium, semper dicitur : *Dominus vobiscum*. R. *Et cum spiritu tuo*. Ejus loco dicitur ab eo qui non est saltem Diaconus : *Domine, exaudi orationem meam*, R. *Et clamor meus ad te veniat*. Deinde dicitur : *Oremus*. postea Oratio ; quæ si unica tantum dicitur : *Dominus vobiscum*. vel *Domine, exaudi*. repetitur finita Oratione postquam fuerit responsum *Amen* ; sin autem plures Orationes dicendæ sint, ante quamlibet Orationem dicitur Antiphona et V. deinde *Oremus*, et post ultimam Orationem repetitur : *Dominus vobiscum* ; postea dicitur : *Benedicamus*

*Domino*. R. *Deo gratias*. Deinde dicitur V. *Divinum auxilium maneat semper nobiscum*. R. *Et cum fratribus nostris absentibus*. et V. *Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace*. R. *Amen*. Qui ultimus Versus non dicitur, quando post Officium diei immediate sequitur Officium Defunctorum. Hi duo VV. *Divinum*. et *Fidelium*. dicuntur ad Completorium post *Salve Regina*. dicta Oratione *Omnipotens sempiternus Deus*. a Superiore, seu Præsidente Chori, qui dixit Orationem. Deinde datur signum salutationis Angelicæ. In aliis vero Horis V. *Divinum auxilium*. dicitur ab Hebdomadario, et V. *Fidelium* : a Superiore, seu Præsidente Chori.

Prædicti duo VV. *Divinum auxilium*. et *Fidelium*. dicuntur in fine ij. Nocturni, tam in Feriali (nisi immediate post V. *Divinum*. sequatur Officium Defunctorum) quam in Festis iij. Lectionum, et infra Octavas, etiamsi Laudes immediate sequantur.

4. Si Oratio dirigatur ad Patrem, sic concluditur : *Per Dominum*. etc. Si ad Filium, dicitur : *Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate*. etc. Si initio Orationis fiat mentio Filii, dicitur : *Per eundem Dominum*. Si in fine, dicitur : *Qui tecum vivit et regnat in unitate*. Si in Oratione fiat mentio Spiritus sancti, dicitur : *In unitate ejusdem Spiritus sancti Deus*.



5. Quando plures Orationes dicuntur, prima tantum et ultima dicuntur, sub sua conclusione integra: **Per Dominum.**, vel aliter, ut supra. Mediæ nullo modo concluduntur, sed unicuique

semper præponitur **Oremus.** Excipite Orationes in Officio Defunctorum, et in Litaniiis quæ dicuntur conjunctim sub uno **Oremus,** et sub unica conclusione.

## De Antiphona Beatæ Mariæ in fine Officii

**ANTIPHONA** B. Mariæ (**Spiritus sanctus,** etc.) posita in fine Primæ Feriæ ij. pag. 5. semper dicitur post **Ÿ. Fidelium animæ.** quandocumque terminata aliqua Hora discedendum est a Choro, præterquam in Completorio, in quo prorsus omittitur, et in triduo majoris Hebdomadæ ante Pascha. Num-

quam vero dicitur post aliquam Horam, quando subsequitur cum Officio diei Officium Defunctorum, vel Sepultura, vel Processio, aut Litanie, ut in Rogationibus, etc. Neque etiam dicitur, quando post aliquam Horam immediate subsequitur Missa.

## De Alleluia

**TEMPORE** Paschali, id est, a Pascha usque ad Nonam Sabbati post Pentecosten inclusive, in Officio tam de Tempore quam de Sanctis, ubi deest **Alleluia,** illud jungitur ad quascumque Antiphonas, etiam quarumlibet Commemorationum; ad eos Versiculos, qui ponuntur post ultimam Antiphonam cujusque Nocturni, aut post Capitula, aut post Hymnos, aut post Antiphonas quarumlibet Commemorationum, et ad ejusmodi Versiculorum Responsoria, ad Responsoria brevia ante eorum **Ÿ.** ad Responsoria proluxa ante eorum **Ÿ.**

2. Quandocumque autem jungitur **Alleluia.** R7. brevi du-

plicatur; sed Antiphonis, Versiculis et eorum Responsoris, et Responsoris proluxis jungitur tantum semel, nisi aliter notetur.

3. Non additur **Alleluia,** ad **Ÿ. Pretiosa,** nec ad alios Versus Precum Primæ nec ad **Ÿ. Dominus vobiscum,** nec ad **Ÿ. Responsoriorum brevium,** aut proluxorum, nec ad **Ÿ. Benedicamus.** ubicumque dicatur, nec ad **Ÿ. Divinum auxilium,** etc. sed tantum ubi addendum esse hic notatur num. 1. Tamen in **Ÿ. Benedicamus.** et ejus Responsorio, per Octavam Paschæ in Vesperis et Laudibus duplicatur **Alleluia.**

4. In Festis Sermonis, ad Vi-

giliis loco Invitatorii dicuntur 6 **Alleluia,** ut in die Paschæ, et ejus Octavæ. In aliis Festis xij. Lectio-num, dicuntur 3 **Alleluia,** ut in Dominicis. In Festis vero

iiij. Lectio-num, et in diebus infra Octavas solemnes, excepta Octava Pentecostes, dicuntur 3 **Alleluia,** ut in Feriis. Reliqua suis locis notantur.

## De Officio parvo Beatæ Mariæ

**OFFICIUM** parvum B. Virginis Mariæ dicitur quotidie, ut circa finem Breviarii ponitur. Omittitur in Choro, in triduo ante Pascha, a Vigiliis Feriæ v. usque ad Completorium Sabbati Sancti inclusive.

2. In Choro semper præponitur Officio diei, excepto Completorio, cui postponitur. Extra Chorum potest dici pro temporis opportunitate.

3. Temp. Pasch. nullibi additur **Alleluia;** nec temp. Passionis omittitur **Ÿ. Gloria Patri.**

## De Officio Defunctorum

**OFFICIUM** quotidianum Defunctorum non dicitur in Dominicis, nec in Festis xij. aut iiij. Lectio-num, nec infra Octavas solemnes, nec in Vigiliis Nativitatis Domini et Epiphaniæ, nec in majori Hebdomada, nec in biduo post Octavam Ascensionis, nec in Sabbatis quando fit Officium de S. Maria, nec in Feria v. quando fit Officium de SS. Eucharistiæ Sacramento, nec in Feria iiij. quando fit Officium de S. Bernardo. Quibus diebus omittitur a j. Vesperis. Et quamvis forte in crastino dicendum occurrat, tamen in hujusmodi diebus (nisi Vesperæ fuerint de Feria) non inchoatur, sed ea pars Officii omittitur.

2. Prima cujusque mensis die non impedita, ut supra

num. 1, aut Officio solemnium Defunctorum, ita ut etiam die præcedenti (si fieri potest) non occurrat Officium xij. Lectio-num, dicitur Officium mensis pro Defunctis.

Quod si dies hujusmodi propriam habeat Missam, Officium mensis transfertur in primam diem similiter non impeditam, ut Missa de Requiem possit dici: si omnes Feriæ sunt impeditæ, fiat Officium prædictum prima die mensis, ut dictum est supra, et dicatur Missa de die ad intentionem Officii mensis, prout notatur in Missali, Rub. v. num. 1.

3. Quatuor Anniversariis solemnibus mensium Januarii, Maji, Septembris et Novembris occurrentibus in Dominica, aut in Festo xij. vel iiij. Lectio-num,



aut infra Octavam solemnem, aut in Sabbato, aut in Feria v. in qua fit Officium de SS. Eucharistiæ Sacramento, aut in Feria iij. in qua fit Officium de S. Bernardo, aut in Feria habente Missam propriam, aut in Officio solemnī depositionis Defuncti, anticipantur vel transferuntur in primam diem similiter non impeditam, et integre celebrantur, id est in Vesperis, Nocturno, et Laudibus et Missa. De Commemoratione vero omnium Fidelium defunctorum, fit ut suo loco notatur.

4. In Choro dicitur post Officium diei, id est, Vesperæ cum Nocturno post Vesperas, et Laudes post Laudes diei a Pascha usque ad Festum omnium Sanctorum: a Festo autem omnium Sanctorum usque ad Pascha dicuntur Vesperæ post Vesperas, et Nocturnum cum Laudibus post Nocturnos diei, et semper inchoatum immediate post *Ÿ*. *Divinum auxilium, omisso Ÿ. Fidelium animæ.* Extra Chorum vero dicitur pro opportunitate temporis.

5. Incipitur absolute a Psalmo (vel ab Antiphona quando cum cantu dicitur) tam in Vesperis quam in Nocturno et Laudibus. In fine vero Psalmorum et Canticorum loco *Gloria Patri*, dicitur: *Requiem æternam dona eis, Domine, \* et lux perpetua luceat eis.*

6. Tres Nocturni dicuntur alternatim in Hebdomada, ita ut semper prima die non impedita

infra Hebdomadam incipiatur a j. Nocturno, etiam si tres Noct. non fuerint absoluti in præcedenti Hebdomada.

7. In omni Officio solemnī Defunctorum et in Anniversario cujusque mensis, omittitur tertium Responsorium Nocturni occurrentis, et ejus loco dicitur *Ry. Libera me, Domine, de morte æterna. cum suis duobus Versibus, et Ÿ. Requiem.*

8. De Orationibus pro varietate Officii dicendis, hic ordo servetur.

In Feriali Officio Defunctorum, Orationes: *Deus, cui proprium. Deus, veniæ largitor. et Fidelium.* dicantur sub sola brevi conclusione: *Qui visis et regnas in sæcula sæculorum. Ry. Amen.*

In Officio mensis, Orationes: *Præsta, Domine, quæsumus. Deus, veniæ largitor. et Fidelium.* cum integra conclusione: *Qui visis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Ry. Amen.*

In die Depositionis Defuncti, vel Defunctæ, Oratio: *Absolve, quæsumus, Domine.* sola dicitur. Numquam vero pro Sacerdotibus, pro quibus semper dicitur Oratio: *Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, etc.*

In Tricenario Defuncti, vel Defunctæ, Orationes: *Inclina. vel Quæsumus.* præponuntur Orationibus: *Deus, veniæ. et Fidelium.*

In Anniversario mensis Ja-

nuarii, Oratio. *Deus, qui inter Apostolicos.* sola dicitur.

In Anniversario mensis Maji, Oratio: *Omnipotens sempiterne Deus.* sola dicitur.

In Anniversario mensis Septembris, Oratio: *Deus, veniæ largitor.* sola dicitur.

Tricenario solemnī durante, Orationes: *Deus, veniæ. Deus,*

*cui proprium. et Fidelium.* recitantur in Officio Feriali.

In Anniversario mensis Novembris, Oratio: *Deus, cui proprium.* sola dicitur.

In aliis Anniversariis si occurrant, Oratio: *Præsta, Domine, quæsumus.* vel singulariter, ve pluraliter dicatur, ut conveniens fuerit.

## De modo Cantandi et Psallendi

**F**ORMAM psallendi teneamus, quam docet venerabilis Pater noster S. Bernardus in *Serm. 47* super Cantica Canticorum, de Officio Divino, dicens sic: «*Ex Regula nostra nihil operi Dei præponere licet. Quo quidem nomine, laudum solemnīa, quæ Deo in Oratorio quotidie persolvuntur, Pater Benedictus ideo voluit appellari, ut ex hoc clarius aperiret, quam nos operi illi vellet esse intentos. Unde vos moneo, dilectissimi, pure semper ac strenue Divinis interesse laudibus. Strenue quidem, ut sicut reverenter, ita et alacriter Domino assistatis, non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes vocibus, non præcedentes verba dimidia, non integra transilientes, non fractis et remissis vocibus muliebre quiddam balba de nare sonantes, sed virili (ut dignum est) et sonitu et affectu voces sancti Spiritus deprementes. Pure vero, ut nihil aliud dum psallitis quam quod psallitis cogitetis. Nec solas dico vitandas cogita-*

*tiones vanas et otiosas: vitandæ sunt et illæ, illa dumtaxat hora et illo loco, quas officiales fratres pro communi necessitate quasi necessario frequenter admittere compelluntur. Sed ne illa quidem profecto recipere tunc consuluerim; quæ forte paulo ante in claustris sedentes in codicibus legeratis; qualia et nunc me viva voce disserente ex hoc auditorio Spiritus sancti recitativa reportatis. Salubria sunt, sed minime illa salubriter inter psallendum revolvitis. Spiritus enim sanctus illa hora gratum non recipit, quidquid aliud quam debes, neglecto eo, quod debes, obtuleris». Hæcenus dicitur Pater Bernardus.*

2. Psalmodyam non multum protrahamus, sed rotunda et viva voce cantemus. Principium, medium, et finem Versus, simul intonemus, et simul dimittamus. Punctum, hoc est ultimam syllabam, seu notam medietatis et finis Versus, nullus teneat, sed cito dimittat.

3. Post medium Versus, bo-

**lx Rubricæ Generales Breviarii Cisterciensis**

nam pausam faciamus. Nullus ante alios incipere et nimis cur-rere præsumat, aut post alios nimium trahere, vel punctum tenere. Simul cantemus, simul pau-semus: semper ad voces aliorum auscultantes. Dum Hymnum, Alleluia, et Responsoria cantamus, in clausulis aliquantulum expectemus, maxime tamen in Festivis diebus. Hanc canendi formam Deo et Angelis placere affirmat idem S. Pater Bernardus.

In Versibus Psalmorum, Can-icorum, qui duas pausas habent

in medio (videlicet flexam ζ et asteriscum \*) ultima dictio præcedens primam pausam, deprimitur: hæc autem una pausa debet esse dimidia parte brevior ea, quæ fit in medio Versuum: quod si ultima syllaba præcedens fuerit monosyllaba, vel Hebræa, semper cantabitur in directum, excepta hac dictione (Juda) quæ in flexam deprimitur, sicut et (Alleluia,) et eodem modo inter legendum punctuantur, quo aliæ voces nec Hebrææ nec mono-syllabæ.



**Approbatio**

EX SECRETARIA SACRORUM RITUUM CONGREGATIONIS

Die 31 Julii 1876.

SACRA Rituum Congregatio, audita tum sententia Consultoris ab eadem specialiter deputati, tum Rmi Domini Promotoris sanctæ fidei declaravit NIHIL OBSTARE, quominus Rubricæ correctæ modo, quo in superiori Exemplari continentur, apponantur novæ Editioni Breviarii Cisterciensis, facta tamen additione, quæ manuscripta invenitur in pag. xxxiiij hujus Exemplaris. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Plac. Ralli S. R. C. Secretarius.

Loco † Sigilli

NOTANDUM

Supradicta additio in pag. xxxiiij. secundum Exemplar Rub. general. a Sac. Rit. Cong. correctum nunc invenitur pag. liij. circa finem Rubr. de Commemorationibus, nempe: in Octavis S. Stephani Protomartyris, S. Joannis Evangelistæ et SS. Innocentium.



## Kalendarium Cisterciensis

REFORMATI BREVIS CONSPECTUS

### Festa Sermonis Majora,

CUM OCTAVA SOLEMNI,  
(numerantur 19.)

Nativitas Domini.  
Epiphania Domini.  
Pascha Resurrectionis.  
Ascensio Domini.  
Pentecostes.  
SS. Corporis Christi.  
SS. Cordis Jesu. (sine Octava.)  
Imm. Conceptio }  
Nativitas } B. V. Mariæ.  
Visitatio }  
Assumptio }  
S. Joseph, Sponsi B. Virginis  
Mariæ. (sine Octava.)  
Nativitas S. Joannis Baptistæ.  
SS. Apost. Petri et Pauli.  
S. P. N. Stephani, Abbatis.  
S. P. N. Bernardi, Abbatis.  
Omnium Sanctorum.  
Dedicatio propriæ Ecclesiæ.  
Patronus, vel Titulus Eccl.

### Festa Sermonis Minora,

SINE OCTAVA SOLEMNI,  
(numerantur 10.)

Circumcisio Domini.  
Sanctissimæ Trinitatis.  
Annuntiatio }  
Purificatio } B. V. Mariæ.  
Præsentatio }  
S. Stephani, Protomartyris.  
S. Joannis, Apostoli.  
SS. Innocentium.  
S. P. N. Benedicti, Abbatis.  
S. P. N. Roberti, Abbatis.

**Dominicæ Majores**  
dividuntur in 2. classes.

### Dominicæ j. Classis,

(quæ numquam omittuntur.)

Prima Adventus.  
Prima Quadragesimæ.  
Passionis.  
Palmarum.  
Paschæ.  
In Albis.  
Pentecostes.  
Trinitatis.

### Dominicæ ij. Classis,

(Quæ non omittuntur nisi  
occurrente Imm. Concept. B.  
M. V., S. Joseph, Patrono, vel  
Titulari Eccl. et ejusdem Dedi-  
catione, aut alio Festo solemn-  
i proprio. Et tunc de eis fit  
Commemoratio in utrisque Ve-  
speris et Laudibus.)

Secunda }  
Tertia } Adventus.  
Quarta }

Dominicæ }  
Septuagesimæ.  
Sexagesimæ.  
Quinquagesimæ.

Secunda }  
Tertia } Quadragesimæ.  
Quarta }

### Festa MM. Majora

quæ aliis minoribus præferun-  
tur. (numerantur 40.)

Feria ij. et iij. Octav. Paschæ  
et Pentecostes.  
SS. Nominis Jesu.  
Transfiguratio Domini.  
Pretiosissimi Sang. D. N. J. C.  
Inventio S. Crucis.

## Kalendarium Cist. Reformati brevis conspectus Ixiiij

Susceptio S. Coronæ D. N. J. C.  
SS. Nominis }  
VII. Dolorum }  
Ad Nives } B. V. M.  
De Monte Carmelo }  
SS. Rosarii }  
Purissimi Cordis }  
Dedicatio S. Mich. Archang.  
SS. Angelorum Custodum.  
Natalitia undecim Apost.  
Festa Evangelistarum.  
Cathedra S. Petri Romana.  
Conversio S. Pauli Apostoli.  
Commem. S. Pauli Apostoli.  
S. P. N. Alberici, Abbatis.  
S. Joachim, Patris B. V. M.  
S. Annæ, Matris B. V. M.  
S. Laurentii, Martyris.  
S. Martini, Episcopi.  
S. Mariæ Magdalenæ.

Omnium SS. Ordinis.  
Dedicatio Basilicæ SS. Salva-  
toris.  
Dedicatio Basilicæ SS. Aposto-  
lorum Petri et Pauli.  
Et quodcumque Festum cele-  
bretur in Diocesi propria sub  
præcepto seu de consuetu-  
dine in Monasterio.

Sunt præterea alia Festa  
MM., *minora*, numero 9; et  
alia dicta *xij. Lect.* et M.  
numero 32; alia insuper dicta  
*ijj. Lect.* et M. numero 77;  
ac demum alia numerosiora,  
*Commemorationis* dicta cum  
M. vel sine M. numero 118.  
Quæ omnia fusius notantur in  
Kalendario.

## Duæ Tabellæ

EX RUBRICIS GENERALIBUS EXCERPTÆ

In quarum prima statim vi-  
deri poterit, de quo celebran-  
dum erit Officium, si plura  
eodem die Festa occurrant.

In secunda vero quomodo  
ordinetur Officium præcedens  
in Vesperis, si hæc concurrant  
cum Vesp. Officii sequentis diei.

Eo ordine reperitur quod  
queritur.

**Q**UÆRIS e. g. in prima Ta-  
bella, quid agendum sit,  
si Officium MM. maj. vel  
min. occurrat eodem die quo  
Dominica major? Porro vade  
statim ad sinistram Tabellæ  
partem, et in columna Festo-

rum adverte: FESTUM MM.  
quod in secunda linea inscribi-  
tur. Tunc perge ad alteram  
columnam inferiorem, in qua  
iterum Festa vel Dominicæ  
inscribuntur, ibique quære et  
tene DOMINICA MAJOR. Inspice  
deinde quadrangulum in quo  
Festa vel dies illi sibi in linea  
recta occurrant, et adverte nu-  
merum ibi positum, videlicet in  
casu i. Tunc recurre ad regu-  
lam hoc numero i. signatam, in  
qua habes: Translatio de primo,  
Officium de secundo. Id est Offi-  
cium MM. transferatur, et fiat  
Officium de Dominica majori.

## Tabella Prima

SI OCCURRAT EODEM DIE

Festum sermonis,	4	3	4	2	4	3	2	7	3	1											
Festum MM.,	3	3	3	2	3	3	7	1	3	1											
Dies octava,	3	3	3	2	3	8	5	5	3	5											
Festum xij. Lect.,	3	3	3	7	3	1	1	1	1	1											
Festum iij. Lect.,	9	5	0	5	5	5	5	6	5	5											
Feria major,	4	0	3	5	5	5	5	5	0	0											
Vigilia,	0	6	9	5	5	5	5	6	9	9											
1. Translatio de primo, Officium de secundo.	<table style="width: 100%; border-collapse: collapse;"> <tr> <td style="width: 10%;"></td> <td style="width: 10%;">Vigilia.</td> <td style="width: 10%;">Feria major.</td> <td style="width: 10%;">Festum iij. Lect.</td> <td style="width: 10%;">Festum xij. Lect.</td> <td style="width: 10%;">Dies infra Octavam.</td> <td style="width: 10%;">Dies octava.</td> <td style="width: 10%;">Festum MM.</td> <td style="width: 10%;">Festum sermonis.</td> <td style="width: 10%;">Dominica simplex.</td> <td style="width: 10%;">Dominica maior.</td> </tr> </table>											Vigilia.	Feria major.	Festum iij. Lect.	Festum xij. Lect.	Dies infra Octavam.	Dies octava.	Festum MM.	Festum sermonis.	Dominica simplex.	Dominica maior.
											Vigilia.	Feria major.	Festum iij. Lect.	Festum xij. Lect.	Dies infra Octavam.	Dies octava.	Festum MM.	Festum sermonis.	Dominica simplex.	Dominica maior.	
2. Officium de primo, translatio de secundo.																					
3. Officium de primo, Commemoratio de secundo.																					
4. Officium de primo, nihil de secundo.																					
5. Commemoratio de primo, Officium de secundo.																					
6. Nihil de primo, Officium de secundo.																					
7. Officium de digniori, translatio de minus digno.																					
8. Officium de digniori, Commemoratio de minus digno.																					
9. Ut notatur in propriis locis.																					

### OBSERVANDA

- a* Dominicæ primæ classis nulli Festo cedunt, quæ vero sunt secundæ classis, cedunt tantum Festo Patroni seu Titularis, vel Dedicacionis ecclesiæ, aut Festo solemnî alicujus loci.
- b* In die Octava Corporis Christi fit tantum de Festo sermonis: alia transferuntur.
- c* De die infra Octavam Domini fit semper Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus.
- d* In triduo ante Pascha et biduo post, et biduo post Penteco-

sten nulla fit Commemoratio.

*e* In Festis sermonis non fit Commemoratio diei infra Octavam quæ non sit Octava Domini, nisi in ij. Vesperis.

*f* In Vigiliis minoribus Apostolorum ac S. Laurentii, et in Feris Adventus usque ad Vesperas diei 17 Decembris fit de Officio ij. Lect. etiam votivo.

*g* In Vigilia Nativitatis Domini et Epiphaniæ occurrente in Dominica, fit Officium de Vigilia, ut notatur in proprio loco.

## Tabella Secunda

QUANDO CONCURRIT IN VESPERIS

Dominica quævis,	2	2	1	2	1	1	1	0	0											
Festum sermonis,	2	2	2	2	2	2	3	2	2											
Festum MM. maj.,	2	2	2	2	2	3	1	2	4											
Festum MM. min.,	2	2	2	2	4	1	1	2	4											
Festum xij. Lect.,	2	4	1	4	1	1	5	4	4											
Dies Octava,	2	2	4	2	1	1	1	2	4											
Dies infra Octavam,	2	3	1	4	1	1	5	4	4											
1. Vesperæ totæ de sequenti, Commemoratio de præcedenti.	<table style="width: 100%; border-collapse: collapse;"> <tr> <td style="width: 10%;"></td> <td style="width: 10%;">Festum iij. Lect.</td> <td style="width: 10%;">Dies infra Octavam.</td> <td style="width: 10%;">Dies octava.</td> <td style="width: 10%;">Festum xij. Lect.</td> <td style="width: 10%;">Festum MM. min.</td> <td style="width: 10%;">Festum MM. maj.</td> <td style="width: 10%;">Festum sermonis.</td> <td style="width: 10%;">Alia Dominica.</td> <td style="width: 10%;">Dominica primæ classis.</td> </tr> </table>											Festum iij. Lect.	Dies infra Octavam.	Dies octava.	Festum xij. Lect.	Festum MM. min.	Festum MM. maj.	Festum sermonis.	Alia Dominica.	Dominica primæ classis.
											Festum iij. Lect.	Dies infra Octavam.	Dies octava.	Festum xij. Lect.	Festum MM. min.	Festum MM. maj.	Festum sermonis.	Alia Dominica.	Dominica primæ classis.	
2. Vesperæ totæ de præcedenti, Commemoratio de sequenti.																				
3. Vesperæ totæ de digniori, Commemoratio de minus digno.																				
4. Vesperæ a Capitulo de sequenti, Commemoratio de præcedenti.																				
5. Vesperæ de sequenti, nihil de præcedenti, nisi sit dies infra Octavam Domini, de quo facienda est Commemoratio in primis Vesperis Festi sequentis.																				

### OBSERVANDA

- a* Concurrente Octava Corporis Christi cum alia Octava, fit totum de prima cum Commemoracione de secunda. Et idem fit in die Octava S. Joannis Evangelistæ concurrente cum die octava SS. Innocentium.
- b* In secundis Vesperis Octavæ Paschæ, et in primis ac secundis Vesperis Octavæ Corporis Christi fit totum de die octava, nisi Festum præcedens, aut sequens sit saltem MM. maj. de quo tunc sunt Vesperæ cum Commemoracione diei Octavæ.



# Antiphona

ET COLLECTA QUOTIDIANA

Singulis diebus, ut in Missali præscribitur, omnibus genuflexis versus altare, Cantore incipiente, Chorus cantat sequentem Antiphonam:

**S**UB tuum præsidium confûgimus sancta Dei Génitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriôsa, et benedicta.

Postea Celebrans stans ad gradum Altaris, dicit:

**V.** Ora pro nobis sancta Dei Génitrix. **Û**

**R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi. **Û**

**V.** Dóminus vobiscum. **Û**  
**R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus. **Û**

**P**IETATE tua, quæsumus Dómine, nostrorum solve vincula ómnium peccatorum; \* et intercedente beata et gloriôsa sempérque Virgine Dei Genitrice María cum ómnibus Sanctis tuis, **Û**

Domnum Papam N. Pontífices et Abbates nostros, et omnes Congregatiónes illis commissas, **Û** (Regem nostrum N. et Príncipes nostros,) et omnem pópulum Christiánum, **Û** et nos famulos tuos, atque loca nostra in omni sanctitate et religióne custodi, **Û** omnésque affinitate ac familiaritate vel confessione et oratione nobis junctos a vitiis purga, **Û** virtutibus illustra, **Û** pacem et salutem nobis tribue, **Û** hostes visibiles et invisibiles remove, **Û** carnalia desideria et pestem repelle, **Û** ærem salubrem indulge, **Û** amicis et inimicis nostris charitatem largire, **Û** iter famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone, **Û** infirmis nostris sanitatem restitue, **Û** et ómnibus fidelibus vivis et defunctis in terra viventium vitam et requiem æternam concede. Per eundem Christum Dóminum nostrum. **Û**  
**R.** Amen.

# Benedictiones

DICENDÆ ANTE LECTIONES

De Officio xij. Lectionum.

In I. Nocturno

**B**ENEDICTIONE perpétua, **Û** benedícat nos Pater ætérnus. **Û** **R.** Amen.

2. Unigénitus Dei Fílius **Û** nos benedícere et adjuvare dignetur. **Û**  
**R.** Amen.

3. Spíritus sancti grátia **Û** illúminet sensus et corda nostra. **Û** **R.** Amen.

4. In unitate sancti Spíritus **Û** benedícat nos Pater et Fílius. **Û** **R.** Amen.

In II. Nocturno

5. Benedícat nos Deus Pater, **Û** et custódiat semper. **Û** **R.** Amen.

6. Sapientia Dei Patris **Û** nos cœlestibus instruat disciplinis. **Û** **R.** Amen.

7. Ignem sui amoris **Û** accéndat Deus in córdibus nostris. **Û** **R.** Amen.

8. Benedícat nos Deus, Deus noster, **Û** benedícat nos Deus. **Û** **R.** Amen.

In III. Nocturno

9. Evangélica lectio **Û** sit nobis salus et protéctio. **Û**  
**R.** Amen.

10. Ille nos benedícat **Û** qui sine fine vivit et regnat. **Û** **R.** Amen.

11. Ad gáudia paradisi **Û** perdúcat nos misericórdia Jesu Christi. **Û** **R.** Amen.

12. Ad societatem civium supernórum **Û** perdúcat nos Rex Angelórum. **Û** **R.** Amen.

**Si Officium fit de sancto: undecima Benedictio erit, Cujus festum colimus, **Û** ipse (vel ipsa) intercedat pro nobis ad Dóminum. **Û** **R.** Amen.**

**Quando sunt plures, dicitur: Quorum (vel Quorum) festum colimus, **Û** ipsi (vel ipsæ) intercedant pro nobis ad Dóminum. **Û** **R.** Amen.**

In Festis Sanctæ Mariæ

In I. Nocturno

1. Perpétua benedictio **Û** benedícat nos Jesus, Fílius Mariæ. **Û** **R.** Amen.

2. Déleat nostra crímina, **Û** qui natus est de Virgine María. **Û** **R.** Amen.

3. Sancta Dei Génitrix **Û** sit nobis auxiliátrix. **Û**  
**R.** Amen.